



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

7 Ecclesiâ pollutâ, etiam coemeterium contiguum est pollutum, & non econtra.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

Quinto, si ecclesia per Episcopum excommunicatum publicum consecretur, vel benedicatur, quia si corpus excommunicati mortui execratur ecclesiam, vel cœmeterium, dicit cap. consuliisti, & cap. ecclesiam, multo magis, ubi ipsa consecratio transit per manus, & os excommunicati, arg. l. Domitius, de test. & Graff. eodem cap. 15, num. 19.

7 At polluta ecclesia, etiam cœmeterium contiguum est pollutum, & non contra, quia cœmeterio polluto, quamvis ecclesia contiguo, non est polluta ecclesia, ne minus dignum majus, aut accessorium principale ad se trahere videatur, d. cap. de consecr. eccles. vel alt. in 6.

8 Ecclesia reconciliatio fit per aquam cum vino, & cinere benedictam, & per aquam significatur populus, cap. cum Marthe, §. quasivisti, circa finem, de celebrat. miss. per cinerem, memoria passionis Christi, Zabarel. in cap. proposuisti, de consecr. eccles. vel alt. & vinum aqua permistum significat unionem divinitatis, & humanitatis, & ponuntur ista, ut populus, qui per aquam designatur, mundetur, & uniatur Deo, quod significat per vinum aqua mixtum, Abb. antiqu. in d. cap. proposuisti, nu. 2, eodem tit. de consecrat. & Graff. eodem cap. num. 17.

9 Consecratio autem, fit seu reconciliationis ecclesiarum, & altarium a deo solis Episcopis competit, ut nec Vicarius consecrationem, aut reconciliationem exequi possit, nisi sit Episcopus, ex supra in superiori cap. deductu, & ecclesia non consecrata, si injuria sanguinis effusione polluatur, est etiam reconcilianda, cap. final. eod. tit. de consecrat. eccles. vel alt. quia ecclesia, in quibus divina mysteria celebrantur, licet

adhuc non extiterint consecratae, nullo jure privilegium immunitatis amittunt, cum obsequiis divinis dicata nullius sint temerariis ausibus profananda, cap. penult. de immunitat. eccl. & ibi glos. in ver. admittitur, & gaudent eodem privilegio, quo, & consecratae, gloss. in d. cap. fin. in ver. non consecratae, & Abbas num. 2. tamen in reconciliationis actu servari non debet forma, quæ requiritur in reconciliatione ecclesiarum consecratae, sed sufficit, quod aqua exorcizata protinus lavetur, ne divinæ laudis organa suspendantur, d. cap. fin. & ibi Abb. quod interim organa clericorum suspenduntur, nu. 4, de consecrat. Nam minor solemnitas in reconciliatione ecclesiarum non consecratae requiritur, quam in consecrata, quia cum magis delinquatur in loco consecrato, expedit, ut in actu reconciliationis major demonstratio fiat, argum. text. in cap. cum illorum, §. primò, si fuerint, de sentent. excommunicat. & Abb. in d. cap. fin. in fine, & licet videatur, quod per Episcopum ecclesia sit reconcilianda, per tex. in cap. aqua, eod. tit. 10 fit ecclesia tamen non consecrata, si polluatur, per simplicem lacerdotem aqua per Episcopum exorcizata pro reconciliatione lavari potest, glo. si in d. cap. fin. quam sequitur Abb. & dicit, cum eadem opinione doctores communiter transire, nu. 6. & eadē ratione cœmeteria polluta, quæ non sunt annexa ecclesiis, eadem aqua exorcizata per simplicem facerdotem possunt reconciliari, quia illa cœmeteria non consecrantur, sed benedicuntur, cetera vero cœmeteria ecclesiis contigua, & quæ unā cum ecclesiis consecrantur, non, nisi ab Episcopo possunt reconciliari, quia de connexis, uti de similibus, idem est iudicium, c. inter ceteras, de rescript. c. 2, de trans-